

Band I., Nr. 197, Seite 231-232

König Otto III. übergibt das Gut Epfindorf mit dessen Zugehörungen an genannten Orten an das von Bischof Gebhard von Konstanz gestiftete Kloster des Hl. Gregorius.

Ingelheim, 994. November 4.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto, divina favente clementia rex. Si piis petitionibus sacerdotum, quas pro ecclesiis sibi commissis auribus nostris infuderint, benignum praebuerimus auditum, hoc procul dubio ad praesentis regni nostri statum, et ad aeternae beatitudinis praemium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, tam praesentium quam et futurorum, noverit sollers industria, quomodo dominus Gebhardus, sanctae Constantiensis ecclesiae venerabilis episcopus, nostram regiam adiens celsitudinem obnixe rogabat, quo praedium quoddam, Epfindorf vocitatum, cum suis appendiciis, in locis et in villis Bosinga, Mesinga¹, Ancencimbra², Harthusa, Ursilinga^a sitis, in pago Para et in comitatu Hiltibaldi comitis situm, ad monasterium sancti Gregorii³, quod iam dictus, deo et hominibus dilectus, Gebhardus episcopus a fundamento in usum monachorum inibi deo sub regula sancti Benedicti servientium, ob remedium animae suae parentumque suorum, devota mente construxit, nostro regio vellemus tradere et confirmare praecepto. Nam, ut relatu nostrorum didicimus fidelium, per traditionem bonae memoriae dominae Hadewigae ducis snpranominatum praedium Epfindorf cum omnibus ad se respicientibus legitime ad iam dictum Gregorii pertinet monasterium. Unde nos, vota et petitiones tam boni et nobis dilecti viri sequentes, donamus atque largimur saepe iam dictum praedium Epfindorf cunctaque sua pertinentia, scilicet cum areis, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, vineis, vinetis, silvis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et redivis, quaesitis et inquirendis, cunctisque aliis utensilibus quae adhuc dici aut nominari possunt, eidem iam dicto monasterio in honore sancto Gregorii constructo, nec non et monachis sub norma sancti Benedicti deo ibi militantibus, atque ex integro de nostro iure in eorum transfundimus ius. Insuper etiam omnia nostra regia auctoritate confirmamus, quae iam a nostro dilecto episcopo Gebhardo, vel ab alia

^aDas Wort *Ursilinga* in der Handschrift über der Zeile.

¹Waldmössingen, Schramberg, RW.

²Herrenzimmern, Bödingen, RW.

³Gemeint ist die Abtei Petershausen bei Konstanz.

II

qualibet persona, magna sive parva, ad id ipsum monasterium tradita sunt vel tradenda erunt, ut firma et inconvulsa ac perpetualiter ab omni infestatione incorrupta permaneant, ne importunitate malignantium sacro loco aliqua inferatur molestia. Et ut haec nostrae regiae donationis traditio ab hac hora ut antea firma consistat, hoc nostrae donationis praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum domni Ottonis, gloriosissimi regis. Hiltiboldus episcopus et cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovi. Data II. nonas Novembris, anno dominicae incarnationis DCCCCXCIV., indictione VII., anno autem tertii Ottonis regnantis XI. Actum Ingilnheim feliciter.

—

Das Original ist verloren.

Der Abdruck erfolgt nach dem Chronicon Petershusanum im Karlsruher Kopialbuch 1433, fol. 11, aus dem 18. Jahrhundert, worin sich die Urkunde in Abschrift erhalten hat. Eine weitere Abschrift vom Jahr 1156 findet sich im Codex autogr. der Casus mon. Petrishusensis, fol. 48, in der Universitätsbibliothek zu Heidelberg.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

65/354 S. 82 - 84

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift.

Editionen:

Ussermanns Ausgabe des *Chronicon Petershusanum*, Bd. 1, § 40 (vgl. *Chronicon Hermanni Contracti ex inedito hucusque codice Augiensi, unacum eius vita et continuatione a Bertholdo eius discipulo scripta, Praemittuntur varia anecdota, subiicitur Chronicon Petershusanum ineditum, ex ms. codd. coll. notis et observationibus*). Lünig: *Reichsarchiv*, Bd. 18, S. 401. Gerbert: *Historia Nigrae Silvae*, Bd. 3, S. 17. FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, 4 Bde., Karlsruhe 1848-1867. , Bd. 1, Nr. 128 (Ausgabe des *Chronicon Petershusanum*). TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : *Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis*, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 1, Nr. 791 (Auszug). MGH SS 20, S. 621-83, hier: S. 637 f. *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER*, Bd. 2: *Die Urkunden Otto II. und Otto III.*, hrsg. Von Theodor Sickel, Hannover 1888-93, S. 562 f., Nr. 152. *Die Chronik des Klosters Petershausen, Sigmaringen 1978*, hrsg. von Otto Feger (*Schwäbische Choniken der Stauferzeit*, 3), 1. Buch, S. 76–179, Nr. 45 (latenisch und deutsch).

Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: *Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit*, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: *Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2*, Nr. 1023. *Regesta Imperii* Abt. 2, Bd. 3, S. 582, Nr. 1122.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ingelheim

Ortsindex:

Bertholdsbaar

Bösingen Wohnplatz (12227)

Bösingen, RW

Epfendorf Wohnplatz (12290)

Epfendorf, RW

Harthausen Wohnplatz (12292)

Harthausen, Epfendorf, RW

Herrenzimmern Wohnplatz (12229)

Herrenzimmern, Bösingen, RW

Ingelheim am Rhein, MZ

Irslingen Wohnplatz (12241)

Irslingen, Dietingen, RW

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Petershausen Wohnplatz (14450)

Petershausen, Konstanz, KN

Waldmössingen Wohnplatz (12622)

Waldmössingen, Schramberg, RW